Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

et comede de venatione mea;
ut benedicat mihi anima tua.
Suscipiens ysaac ad filium su-
um, Quomodo inquit tam
cito inuenire potuisti fili mi.
Qui respondit voluntas dei fuit
ut cito mihi occurreret q
volebam. Dixitq; ysaac. Ac-
cede huc ut tangam te fili mi,
ut probem utrum tu filius meus
sis esau an non. Accessit ille
ad patrem; et palpatus eum dix
ysaac. Vox quidem vox ia-
cob est, sed manus sunt esau.
Et non cognouit eum quia pilo-
se manus illius quasi manus
esau existebant. Benedixit
ergo ait illi. Tu es filius me-
us esau. Respondit ego sum. At
ille. Affer mihi unde cibos
de venatione tua fili mi. Vt
benedicat tibi anima mea. Os
cum oblatos comedisset, ob-
tulit ei etiam vinum. Quo
hausto dixit ad eum. Accede
ad me, et da mihi osculum
fili mi. Accessit et osculatus
est eum. Statimq; ut sensit
vestimentorum illius fragra-
ntiam, benedixit ait. Ecce odor
filii mei, sicut odor agri ple-
ni cui benedixit dominus. Det ti-
bi deus de rore celi et de pin-
guedine terre abundantiam
frumenti et vini et olei; et ser-
uiant tibi populi; et adorent te cu-
nctis. Esto dominus fratrum tuorum; et
incurbentur ante filios patris tui.
Qui maledixerit tibi male-
dictus erit; et qui benedixe-
rit tibi benedictionibus replea-
tur. Vix ysaac sermones imple-
uerat; et egresso iacob foras
venit esau, coctos quoque de venatio-
ne cibos intulit patri
dicens. Surge pater mi et co-
mede de venatione filii tui;
ut benedicat mihi anima tua.
Dixitq; ysaac. Quis es tu? Qui ait.
Ego sum
filius tuus primogenitus e-
sau. Expauit ysaac stupo-
re vehementi et vltra quam
credi potest admiratus ait. Qs
igitur ille est qui dudum captam
venationem attulit mihi, et
comedi ex omnibus priusq; tu
venires, benedixique ei, et erit
benedictus. Audito igitur e-
sau sermonibus patris vehe-
mente magno et consterna-
tus ait. Benedic etiam et
mihi pater mi. Qui ait, ve-
nit germanus tuus fraudu-
lenter et accepit benedictio-
nem tuam. At ille subiunxit.
Iuste vocatum est nomen eius ia-
cob, supplantauit enim me
en altera vice, primogenita
mea auferens, et nunc ecce